



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118332

§. 97. Maratum a Burgundiæ Duce obsessum

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66459)

Sæcul. XV. cum ingenti Filii sui dispendio amitteret,
A. C. 1476. hinc Nobilem quemdam meritorum gloria clarum nomine Montignyum ad Ludovicum XI. ablegat, dato negotio, ut illam sua opera in Galliarum Regis gratiam revocaret. Non equidem Ludovicus repulsam legato dedit, nihilominus suam sententiam edicere distulit, donec de novi exercitus, quem Burgundus conscripserat, fortuna atque progressibus edoceretur; huc quoque Ducissæ expectatio tendebat.

§. XCVII.

Moratum a Burgundiæ Duce obsessum.

Interea Burgundiæ Dux copiosum collegit exercitum, quem ipse in aciem eduxit, ac Morato, quæ exigua est Helvetiæ urbs Bernæ admodum vicina, in Mense Junio admovit & die nona ejusdem Mensis urbem undique cinxit, eamque per tredecim omnino dies toto belli apparatu oppugnavit. Helvetii ad strenuam defensionem parati arma capessunt, suasque vires quater mille Equitibus longa militia exercitatissimis, quos eis Imperii; urbes in auxilium submiserant, augent. Ast cum hæ copiæ Belli-duce carerent, Ludovicus XI. Helvetiis auctor fuit, ut Renatum Lotharingæ Ducem

cem præficerent, eoquod illius propria Sæcul. XV.
 causa potissimam partem in hoc bello A.C.1476.
 verteretur, cum a Burgundo suis ditio-
 nibus exutus, omnique recuperandi Du-
 catus sui spe ejectus esset, ac demum in
 Gallis asylum quærere compelleretur.

§. XCVIII.

*Ultima clades ab Helvetiis Burgundo
 illata.*

Renatus ab Helvetiis in Belli Præfectum
 selectus cum copioso Gallorum E-
 quitum agmine sibi quantocius a Ludo-
 vico Rege suppeditato totam Lotharin-
 giam armis suis emensus est, ac sine ullo
 suorum dispendio sese Helvetiorum at-
 que Germanorum copiis junxit. Ita-
 que cum exercitu suo triginta quinque
 millium armatorum valido ad Moratum
 urbem decimo obsidionis die progreditur,
 & per solidos tres dies situm, ac ho-
 stilium castrorum ordinem explorat, dein
 omnes suas copias in unam duntaxat a-
 ciem instruit, suosque equites, ne ab ho-
 stibus circumfundi possent, ad utrumque
 exercitus cornu collocat, ac postquam
 a die decima nona usque ad vigesimam
 tertiam otiosus subsistere credebatur, tan-
 dem in Burgundiones toto impetu irruit,
 prius tamen Moratensibus præfidiariis
 ex condicto signum dedit, quo & ipsi e-
 Hist. Eccles. Tom. XXIX. O o ru-